

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes**

**Hagenoae, 1519**

Maximilianvs caesar, romanorum imperator. Ad Leonem decimum pontificem Maximum

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

# MAXIMILIANVS CAE

SAR, ROMANORVM IMPERA  
tor. Ad Leonem Decimum Pontificem Maximum.

**B**EATISSIME Pater, Domine excellentissime. Licet aliás  
Beatitudo Vestra causam quandam inter honorabilem, fide  
lem, nobis dilectum Iohannem Reuchlin seu Capnionem  
Consiliarium nostrum, & quosdam Theologiæ professores studii  
Colonienſis, super quæſtione de libris Hebraicis comburendis uer  
tentem. venerabili episcopo Spirensi Principi Consanguineo no  
stro deuoto dilecto decidendam commiserit, & præfatus Capnió  
seruata iuris forma per eúdem Spirensē tanquam Beatitudinis  
Vestrae Commissarium absolutus fuerit. Nos quoq; pro pacifica  
tione istius negocii utriq; parti silentium imposuerimus. Nihilo  
minus intellexim⁹ præfatos aduersarios Consilii nostri Capni  
onis nouam actionem in Vrbe, & apud Beatitudinem Vestram,  
nulla tamen interposita (ut fieri solet) legitima appellatione, cõ  
tra ipsum Capnionem instituere, & etiam præter uiam ordinariã  
& regiam iusticiæ, quam ex industria student uitare, uariis uis &  
modis ipsum oppugnare. Et solum ad hoc tendere, ut litem in ló  
gum trabant, & húc uirum integrum, bonum, doctum, & à catho  
lica doctrina nihil dissentientem. Et ea quæ a se scripta sunt, poti⁹  
ad instantiam nostram, & in bonum finem, ac comunem Christia  
næ Reipub. utilitatem ac consultationem fuisse emissã. Existima  
mus omnino esse officii nostri, uiri tam integri, innocentis, & de  
nobis optime meriti protectionem suscipere. Propter quod Bea  
titudinem Vestram quanto maiori possumus studio instanter ro  
gamus. Dignetur ad singularem nostri complacentiam, hãc rem  
quæ nobis plurimū est cordi, seruentius amplecti, & imposito per  
petuo silentio aduersariis illis captiosis Theologis, qui etiam non  
ueriti sunt in commissione eorum nuper apud Beatitudinem  
Vestram impetrata, nos, & alios Principes nostros Germaniæ ta  
xare. Causam istam penitus extinguere & suffocare, ut innocentif

F

simus uir ille à tam sinistris uexationibus liberatus, tãto commo-  
dius ultimos ætatis suæ annos peragere, & aliis studiis quæ ad co-  
munem Reipub. Christianæ utilitatem emittere in animo habet  
liberius uacare possit. Quemadmodum Beatitudo Vestra latius  
ex Reuerendissimo domino Cardinali Sanctorum quatuor, &  
Oratore nostro intelliget. Faciet in hoc rem æquissimam se dig-  
nam, & Reipub. Christianæ utilem, nobis autem pergratissimam  
omni filiali studio & officio erga se recompensandam, quam De-  
us suæ sanctæ Ecclesiæ diu conseruare dignetur incolumem & il-  
lam. Datum in Inspruck xxiii. Octobris.

Finis additionum ad epistolas Clarorum Virorum ex Char-  
tophylacio secundo uiri, nostræ ætatis, celeberrimi do-  
ctissimiq; Iohannis Reuchlin Phorcensis. Seque-  
tur tandem liber tertius, qui erit rerum Ro-  
manarum ex Chartophylacio tercio.